



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Abit Ingolstadium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515


DE VITA ET REBUS
GESTIS P. PETRI CANISII
 E SOCIETATE IESV,
LIBER SECVNDVS.

*Abit Ingol-
stadium.*



Gitur Prouincia suscepta Viennensi
 Collegij per literas, Pragensis coram, sta-
 tu composito, vt primum Archidux Fe-
 dinandus potestatem fecit, qui & ipse eodem tem-
 pore in Pannoniam exercitui Imperator ibat, e-
 Boemia in Bauariam concessit, visurus Ingolsta-
 diani Collegij incunabula. Vix autem substitera-
 Ingolstadij, eodem tempore & agēs ad populum
 & domesticam disciplinam formans, vnicum
 mensē, cum Ratisbonam accitit. Decesserat
 Concionator Catholicus, & Imperij conuentus
 ibidem mox erat habendus; atque Hæreticorum
 cum turba maxima, tum rabies importunissima
 ingentem minabatur stragem. Eas ob res illico
 accurrendum ratus, ostium reperit Euangelio in-
 gens apertum, & aduersarios, si vsquam, pluri-
 mos

*Inde Ratis-
bonam.*